

Friedrich Hein    Albert Nordan

## **Theses Iuridicae De Compensationibus**

Rostockii: Sax, 1624

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730917444>**

Druck    Freier  Zugang



Ausgleich

Vert.  
Frdv. Klein (Stad. Nordan)

R. U. mir 1624.







Theses Juridicæ  
DE  
COMPENSATIONIBUS.

Quas

Divino benignè adspirante numine,  
Magnifico & Amplissimo Jctorum in alma Rosa-  
rum Acadèmia approbante ordine,

P R A E S I D E

FRIDERICO Heim / V. I. D.

Ad diem Aprilis, horis matutinis,

In Acroaterio majori,

*Publico examini, placida & q̄ ventilationi subjicit*

A L B E R T U S Nordan.



ROSTOCHII

Typis MAURITII SAXONIS.

ANNO M. DC. XXIV.


1624



*Admodum Reverendo, nobilissimo, strenuo  
ac magnifico Viro,*

DN. CHRISTOPHORO

à Winterfeldt / Cathedralis Ecclesiæ  
Lubecensis Decano, hæreditario in  
Dalmin / re.



NEC NON

*Magnifico & incomparabili Viro,*

Dn. MARTINO CHEMNITIO,  
Jcto excellentissimo,

Illi Illust. ac Cels. Schlesvv. Hols. FRIDERICI  
Confiliario intimo,

Huic verò dictæ modò Celsitud. Cancel-  
lario dignissimo;

*Dnn. Patronis, Affini & Promotoribus  
omni observantiæ cultu æternum prose-  
quendis,*

Hanc legalem Disputationem,  
offert & inscribit

ALBERTUS Nordan.



## THESIS I.

**C**ompensatio est debiti & crediti inter se contributio. *l. 1. ff. h. r.*

2. Debitum & creditum hîc accipimus, non ex mutuo tantum, vel quo alio contractu, sed etiam ex delicto. *l. si ambo. 10. §. quotiens. 2. ff. h. r. i. th. 26.*

3. Hoc amplius per debitum & creditum hîc intelligitur etiam naturale debitum & creditum. *l. etiam 6. ff. h. r.* non verò civile tantum. Quæcunq; enim per exceptionem peremi possunt, in compensationem non veniunt. *l. 14. ff. h. r.*

4. Deniq; per debitum hîc etiam quod nostrum est, sed ab alio possidetur, intelligimus. Siquidem in realibus quoq; actionibus ex constitutione Justiniani locum habet compensatio. *l. fin. in pr. C. h. r.*

5. Verbis: Inter se, Modestinus *in l. n. 1.* non intelligit contrahentes, sed ipsum debitum & creditum, q. d. compensatio est illius, quod tibi debeo, cum illo, quod tibi credidi, & tu mihi vicissim debes, contributio sive collatio. Vel: compensatio est per æris sui computationem ab ære alieno liberatio. *Cujac. in π. ff. h.*

6. Oritur compensatio partim ex naturali æquitate, partim ex civili. Ex naturali quidem, quod intersit nostra potius non solvere, quam solum repetere. *l. 3. ff. h. r.* propter laborem & expensas, quæ fiunt in judicijs, & propter moram judiciorum: Dolo etiam malo faciat, qui petit id, quod restituere debet. *l. in condemnatione. 173. §. ult. ff. de R. l. dolo. 8. ff. de del. mal. & mer. exc. 6. dolo. de R. l. in 6. ac consentaneum sit, actorem, qui sibi satisfieri cupit, contra, quod debet, præstare. Ex civili autem ratione, quia compensatio ad minuendas lites pertinet, ne fiat per plura, quod confici potest per pauciora. *l. 39. §. 1. C. de appell. Wesenb. in II. ff. h. n. 3.**

7. Compensatio fieri potest à patre vel domino, pro filio vel servo. *l. 9. in pr. ff. h. r.* A filio pro patre, cum cautione de rato, *d. l. 9. §. 1. v. l. th. 20.* Fideiussore pro se & reo. *l. 5. ff. h. r.* Procuratore in rem suam, post litis contestationem. *l. 18. in pr. ff. h. r.* Viro & uxore. *l. 7. §. 2. ff. de donat. int. vir. & ux.* Uxore & herede mariti. *l. 15. §. 1. ff. solut. marr.*

8. Compensatur autem sola pecunia ad pecuniam, sive quantitas ad quantitatem, hoc est, res pondere, numero & mensura constantes, cum rebus pondere, numero & mensura constantibus, oleum cum

A 2

oleo,



oleo, pecunia cum pecunia, frumentum cum frumento. Ex parie-  
nim specie compensatio facienda est, licet ex causa vel pari vel dispa-  
ri admittatur. *Paulus lib. 2. sentent. tit. 5.* Corpora verò cum corpori-  
bus, vel cum quantitate non compensantur. *l. si convenerit. 18. in pr. ff. de*  
*pign. act. l. si ex ea. 6 C. de R. V. l. quod dicitur. 5. in pr. ff. de Impens. in res dot.*  
*fact.*

9. Quid verò juris, si quantitas ex una parte debeatur ut quan-  
titas, ex altera verò parte quantitas debeatur ut species, sive ut certum  
corpus; Utrum & hoc casu locum habet compensatio? Nobis di-  
stinguendum placet sententia, ut, si quidem pecunia, quæ debetur ut  
species, extet, locus compensationi non sit, quia debitor præcisè co-  
gitur ad eam solvendam. *l. sed si certos. 51. de leg. 1.* Si verò non extet,  
compensatio admittatur. *Tyndarus in tract. de Compens. art. 3. n. 16. Fa-*  
*shin. lib. 1. controuv. c. 6.*

10. His præmissis nunc videamus, quomodo fiat compensatio.  
Et quidem in b. f. judiciis, cum in primis attendatur, quid alterum al-  
teri præstare oporteat, compensatio fit ipso jure, hoc est, adeò ipse  
legis vi ac potestate huiusmodi judiciis inest compensationis exceptio, ut,  
licet ea iudicii formulis à prætore inserta non sit, iudex tamen, post-  
quam à reo opposita est, ex officio & natura ipsius negotij, de ea co-  
gnoscere, rationemq; illius habere possit. *§. in bonæ fidei. 30. Inst. de*  
*Act. l. si ambo. 10. in pr. ff. h. t. Wesenb. in π. ff. h. n. 8.*

11. In stricti verò juris actionibus exceptio compensationis olim,  
nisi formulæ insertæ essent, non competebat. Postea verò ex rescri-  
pto D. Marci, ejus loco exceptio doli mali dabatur, eaq; opposita  
compensatio inducebatur. *d. §. in b. f. 30. vers. sed & in stricti. Inst. de Act.*

12. Quamvis autem in effectu nihil intersit, ipso jure quis actio-  
nem non habeat, vel per exceptionem repellatur. *l. nihil interest. 112. ff.*  
*de R. I.* tamen quò ad modum & processum plurimum refert, ipso ju-  
re exceptio insit, an per modum exceptionis opponenda veniat: Ex-  
ceptionum enim formulæ æquè ac actionum olim præscribebantur,  
quod ni factum esset, iudex exceptionem non admittebat. *Vult. lib. 2.*  
*l. R. c. 26 f. m. 583. & seq.*

13. Hinc fit, ut illo casu totum non attenda compensatione pe-  
tens, poenam plus petentium incidat, *Paul. lib. 2. sent. tit. 5. in fin.* ut et-  
iam totum solvens pro concurrente quantitate indebiti condiction-  
em habeat. *l. 10. §. 1. ff. h. t.* Hoc verò casu non item. Ho-



14. Hodie semper & in omnibus actionibus compensatio ipso jure minuit actiones *l. verum. 4. l. posteaquam. 21. ff. h. r. l. 4. l. fin. C. Eod. d. §. in b. f. 30. in fin. Inst. de Action.* Si quis tamen id, quod propter compensationem ipso jure sibi non debetur, petat, reus non excipitur, siue exceptionem compensationis objicit, sed negat se actione teneri. *l. 3. C. de Transact.* & allegat causam, quare non teneatur, hanc nimirum quod compensatio jam multò ante ipso jure sit facta *l. 7. 8. & 10. C. h. r.* Opponenda ergò saltem eareus à reo est, ut de compensando debito judici constare possit, & ne ille, neglecta à reo hac allegatione, neglecto hoc juris, quod potest, beneficio, in judicio procedat, & agentem audiat, reumq; condemnet. Quemadmodum & aliàs quotiescunq; quid ipso jure factum est, necesse est, ut id ipsum allegetur, si modo quis juris beneficio uti velit. Sic testamentum ratione præteritionis ipso jure est nullum, necesse tamen est, ut in testamento præteritus dicat, se præteritum esse, & petat testamentum ob id nullum declarari, aliàs testamentum sustinetur. *l. filiorum. 17. ff. de Injust. rupt. Falcidia* quoq; rescatur legata ipso jure. *l. lineam. 26. ff. ad L. Falcid.* Necesse tamen est, ut heres hoc alleget, & petat, ut ex legatis Falcidia sibi relinquantur, quæ ipso jure de legatis jam rescata fuit. *l. patrem. 19. ff. quæ in fraud. cred.* Sic emphyteuta canonem non solvens intra biennium vel triennium ipso jure emphyteusi cadit. Verum necesse est, ut dominus prædij emphyteutici hoc alleget, & dicat, emphyteutam jure suo, ob non solutum canonem cecidisse, & petat sententia judicis hoc ipsum declarari, prout in *l. 2. C. de jure Emphyt.* ab Interpretibus tradi solet. *Borch. in tract. de Compens. c. 3. n. 26. & aliquot præced. Consult. Dn. Lindeman. in Exerc. suis Justin. sub tit. de Action. th. 126.*

15. Sequitur nunc, ut quando fiat compensatio, dispiciamus. Nec enim statim, cum hinc inde debitum quid est, ipso jure debitum & creditum compensantur, sed necesse est, ut debitum & creditum sit liquidum, vel, ut *verba l. fin. §. 1. C. h. r. habent*, ut causa, ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata, sed possit judici facilem exitum sui præstare. Satis n. miserabile est, post multa fortè variaq; certamina, cum res jam fuerit approbata, tunc ex altera parte, quæ jam penè convicta est, opponi compensationem jam certo & indubitato debito, & moratorijs ambagibus spem condemnationis excludi.



16. Ita quoq; debitum utrinq; sit præsens necesse est, hoc est, p-  
rum & tale, quod hinc inde peti possit. Quod n. in diem debetur, non  
compensabitur, antequam dies veniat, quanquam dari oporteat *l. 7. in  
pr. ff. h. r.* Compensatio n. pro solutione est: Ut igitur debitor in diem,  
antequam dies veniat, debitum illud solvere non compellitur: sic nec  
compensationem illius, quod ipsi purè debetur, cum illo, quod ipse al-  
teri in diem debet, admittere cogitur. Quod verum est de die, qui à  
contrahentibus apponitur. Cum verò intra diem ad iudicati execu-  
tionem datum, (olim quidem ex *l. 12. tab. trigessimum. Agell. lib. 20.  
Noct. Attic. c. 1. in fin.* Hodie ex Just. constit. intra quatuor menses. *l. 2.  
C. de Usur. rei jud.*) iudicatus Titio, agit cum eodem Titio, qui & ipse  
pridem illi iudicatus est: compensatio admittetur. Aliud n. est diem  
obligationis non venisse: aliud humanitatis gratia tempus indulgeri  
solutionis. *l. cum militi 16. §. 1. ff. h. r.*

17. Cum verò debitum utrinq; liquidum est & præsens, compen-  
sationem non impedit, quod certo loco debitum solvi debeat, dum  
modo ratio habeatur, quanti interest, eo loco, quo convenerit, pe-  
cuniam dari. *l. pecuniam. 15. ff. h. r.*

18. Sic debito existente utrinq; liquido & præsente, compensati-  
onem non impedit litis contestatio. Nam, ut eleganter Cajus in *l. 8.  
ff. h. r.* In compensationem etiam id deducitur, quo nomine cum  
actore lis contestata est, ne diligentior quisq; deterioris conditionis  
habeatur, si compensatio ei denegetur.

19. Sanè creditor compensare non cogitur, quod aliq, quam debi-  
tori suo debet: quamvis creditor ejus pro eo, qui convenitur ob debi-  
tum proprium velit compensare. *l. in rem. 18. §. 1. ff. h. r. l. ejus. 9. C. h. r.*

20. Sed si cum filiof. agatur: an, quæ patri debeantur, filius com-  
pensare possit, quaritur? Et magis est, admittendum, quia unus contra-  
ctus est: sed cum conditione, ut caveat, patrem suum ratum habitu-  
rum: id est, non exacturum, quod is compensaverit. *l. 9. §. 1. ff. h. r.*

21. Fidejussor quoq; compensare potest, quod debetur reo princi-  
pali, pro quo fidejussit. *l. verum. 4. ff. h. r.* Dum enim convenitur fide-  
jussor habens regressum contra reum principalem, ipse principalis  
conveniri videtur. *l. ult. §. ult. C. de Usur. rei judic.*

22. In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa red-  
denda est, ne sub pretextu compensationis, depositarum rerum quis  
exactione.



exactione defraudetur. *Paulus lib. 2. sent. tit. 12. §. in b. f. 30. in fin. Inst. de Action. l. fin. §. 1. in fin. C. h. r.*

23. In actione quoq; momenti, quæ ita dicitur, quia pro momentanea possessione datur. *l. momentaria. 3. C. unde vi, & qua possessionem alienam perperam occupantes tenentur, compensatio non admittitur. d. l. fin. §. 2. C. h. r.* Interest enim reip. ut possessio per vim alicui erepta quamprimum restituatur. Et res esset mali exempli, possessionem alicui vi eripere, & se postea compensatione defendere. Hinc fit, ut cum de possessione, & ejus momento causa dicitur; etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectum. *l. un. C. si de moment. poss. fuer. app.* utpote cum præjudicium per eam illatum in ordinario possessorio reparari facillimè possit. *Geil. lib. 1. obs. c. 7. n. 6. Borch. de Compens. c. 4. n. 31. & seq. Clarif. Dn. Lindem. in Exer. suis Inst. tit. de Interdict. th. 26.*

24. Actioni ex stipulatu de dote, utrum objici possit compensatio, controvertitur: Et objici posse per *l. fructus. 7. §. ob donationes 5. l. rei judicate. 15. §. 1. l. si constante. 24. §. si uxor. 6. l. pen. §. 1. ff. de solut. matr. l. neg. 6. C. h. r. l. 1. C. Rer. amot. §. in b. f. 30. in fin. Inst. de Action. cum Interpretibus communiter contra Duar. in l. 1. & d. l. 7. §. 5. ff. sol. matr. affirmare non dubitamus. Quid verò ad Duaren., per quod dissentit, fundamentum, vid. ad *l. un. §. taceat. 5. C. de Rei ux. act.* respondendum sit, in ipso disputationis conflictu videbimus. Interim consule de hac quæstione *Bart. in d. l. 15. §. 1. ff. sol. matr. Zasium in d. l. 7. §. 5. ff. Eod. & lib. 2. Intell. sing. Cujac. in comm. suo super Cod. ad d. l. un. §. taceat. Pac. cent. 5. & artio Phœv. quæst. 60. Borch. de compens. c. 4. n. 33. & seq. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 14. comm. c. 8. lit. C. & in notat.**

25. In stipulationibus quoq; quæ instar actionum habent, id est, prætorijs, compensatio locum habet; & secundum Julianum, tam in ipsa stipulatione, quam in ex stipulatu actione poterit objici compensatio. *l. 10. §. ult. ff. h. r.*

26. Ex maleficio quoties oritur actio, utputa ex causa furtiva, cæterorumq; maleficiorum; si de ea pecuniariè agitur; compensatio locum habet. Idem est, & si condicatur ex causa furtiva. Sed & qui noxiali judicio convenitur, compensationem opponere potest. *d. l. 10. §. 2. ff. h. r.*

27. In publicis judicijs, ubi non privatorum jus, sed publica vindicta




ad coercenda maleficia spectatur, non admittitur compensatio, sed utrumq; fontem suæ pœnæ manent. *l. 2. §. qui hoc dicit 4. & seq. l. si uxor. 13. §. judex. 5. ff. ad l. lul. de Adult.*

28. In fisci causis locum habere compensationem probat *l. idem 12. l. fin. ff. h. t. l. aufertur. 46. §. ut debitoribus. 5. de iure fisc. l. 1. C. h. t. excepta causa tributoria, & stipendiorum, item pretio rei à fisco emptæ, & quod ex causa annonaria debetur. d. l. 46. §. 5. l. in ea 3. l. si ex venditione 7. C. h. t. l. ob negotium. 20. ff. Eod. Et hoc etiam in civitatibus receptum est, ut si quis ex his causis, & alijs etiam, de quibus in *d. l. 3. C. h. t.* ipsis quid debeat, objicere compensationem non possit.*

29. Finis compensationum est, ut præcidantur occasiones litium, unoq; iudicio negotium, ultrò citroq; contributione facta, transigatur, quod alioqui pluribus esset explicandum: utque servetur æqualitas, & ea æquitatis ratio, quam S. th. 6. posuimus. *Vvesenb. in paratit. ff. h. num. 9.*

30. Effectus compensationis hi sunt: 1. Compensatio pro solutione est. *l. 4. C. h. t.* Unde facta compensatione liberantur fidejussores. *l. 4. h. t.* liberantur pignora. *l. invicem. 12. C. h. t.* 2. Per compensationem solidum interdum servatur, quod per actionem servari non potest. *l. 9. in pr. ff. h. t.* 3. Per compensationem tolluntur accessiones, pro concurrente apud utrumq; quantitate, ut usuræ, quamvis alter sine usuris debuerit. *l. cum alter 11. & l. seq. ff. h. t.* 2. Si quis compensare potens, solverit errore sc. facti, ignorans tantundem sibi vicissim deberi: condicere poterit, quasi indebitò soluto, *d. l. 10. §. 1. C. h. t.* Idq; maximè utile tunc, si forte naturale tantum debitum fuit compensandum cum civili, ne quis putet nihil inter esse ejus, qui solvit, cum vetus actio ipsi sit integra. In illis verò casibus, in quibus compensatio locum non habet, solvens, non habet conditionem, veluti indebiti soluti: sed sui crediti petitionem, sive debiti exactionem. *l. qui in vicem. 30. ff. de condit. in deb. l. si velut 13. C. h. t. Borch. d. tr. de Compens. c. ult. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 16. comm. cap. 15. in fine.*
















detur. *Paulus lib. 2. sent. tit. 12. §. in b. f. 30. in fin. n. §. 1. in fin. C. b. r.*

quoq; momenti, quæ ita dicitur, quia pro monent datur. *l. monentaria. §. C. unde vi*, & qua possessio- peram occupantes tenentur, compensatio non ad- *§. 2. C. b. r.* Interest enim reip. ut possessio per vim amprimum restituatur. Et res esset mali exempli, cui vi eripere, & se postea compensatione defende- um de possessione, & ejus momento causa dicitur; terposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effe- *e moment poss fuer. app.* utpote cum præjudicium per rdinario possessorio reparari faciliè possit. *Geil. lib. orch. de Compens. c. 4. n. 31. & seq. Clarif. Dn. Lindem. tit. de Interdict. th. 21.*

ex stipulatu de dote, utrum obijci possit compensa- tur: Et obijci posse per *l. fructus. 7. §. ob donationes §. §. 1. l. si constante. 24. §. si uxor. 6. l. pen. §. 1. ff. de solut. b. t. l. 1. C. Rev. amor. §. in b. f. 30. in fin. Inst. de Action. us communiter contra Duar. in l. 1. & d. l. 7. §. 5. ff. sol. non dubitamus. Quid verò ad Duareni, per quod nentum, *vid. ad l. un. §. taceat. 5. C. de Rei ux. act. re. in ipso disputationis conflictu videbimus.* Interim uastione *Barr. in d. l. 15. §. 1. ff. sol. matr. Zafsum in d. l. lib. 2. Intell. sing. Cujac. in comm. suo super Cod. ad d. l. cent. 5. ἐναρτιοφάν. quaest. 60. Borch. de compens. c. 4. n. n Donell Enucl. lib. 14. comm. c. 8. lit. C. & in notat. ationibus quoq; quæ instar actionum habent, id ompensatio locum habet; & secundum Julianum, latione, quam in ex stipulatu actione poterit obijci *10. §. ult. ff. b. r.***

eficio quoties oritur actio, utputa ex causa furtiva, alefictorum; si de ea pecuniariè agitur; compensa- . Idem est, & si condicatur ex causa furtiva. Sed & cio convenitur, compensationem opponere potest.

cis judicij, ubi non privatorum jus, sed publica vin- dicta